Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XX

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

tum durum · et quo ad vestitum asperum
et quo ad locum desertum · eius doctrina utilis
sive de deo · sive de se ipso · sive de proximo
eius operacio fructuosa · quia multos vocavit
ad baptizandum et rectificando. In primo fuit
exemplar religiosorum · in secundo doctorum
in tercio prelatorum. Sic ergo talis erat predi
cator omnibus completus · quo ad claustrales · et
iudeos · quo ad clericos · et regio quo ad laycos
venirent confitentes peccata sua tam venialia
quam mortalia · venit et ihesus ad eos ·
ad sanctificandum eos · et verbo et remedio
et exemplo. Ad maiorem autem expressionem
predictorum locus ubi facta sunt determinatur
consequenter cum subiungitur · Hec in be
thania facta sunt trans iordanem ubi erat Jo
hannes baptizans · Ut enim dicit Crisostomus
non in domo nec in angulo · cristum predi
cabat · sed iordanem transiens in media
multitudine presentibus omnibus qui ab
eo baptizabantur. In bethania que domus
obediencie interpretatur · iohannes baptizare dicitur
ut quod ex obediencia dei venerat · xpm imola
re in immolandum pro redempcione mundi
ostendatur · et ut intelligant homines
quia si a peccato originali · quod per inobedi
enciam primorum parentum contraxit absolui
desiderant · subiecto corpore et credulo
corde · baptismi sacramentum suscipere
et per obedienciam fidei omnes ad baptismum
pervenire debent · et ut significet quod bap
tizatis obediencia convenit. Est autem duplex betha
nia · una est quedam villa citra iordanem
ad duo miliaria de iherusalem sub latere montis
oliveti · ubi lazarus fuit suscitatus · a
lia de qua iam dictum est · sita supra ior
danem · ex altera tamen parte fluminis
scilicet in sorte duarum tribuum et di
midie · a iherusalem itinere dierum [illegible] · ubi erat
Johannes baptizans scilicet in confinio gentium
et iudeorum · ut hiis et illis communis baptismus
esset · Et ibi trans iordanem baptizabat quia gentes
communius quam iudei baptismum reciperent

Johannes beatissime precursor
cristi preco iudicis · lucerna sponsi
vox verbi divini · qui placitum [illegible]
redempcionis annunciare meruisti · impetra
michi misero · apud eundem dominum nostrum
ihesum cristum tuis sanctissimis precibus
ut purgato a viciis pectore · et or
nato virtutibus · parem secundum salubria
tua monita viam domini · et rectas faciam
semitas eius · quatinus in extremo iudicio a
aream eius sic mundavit et triticum
a paleis separavit / inter grana
tritici · et electos suos inveniri · et horreum
celestis mansionis cum eis recipi merear. Amen.

De penitencia facienda xxi capitulum

Dixit vero de
penitencia · per quam regnum
celorum appropinquat et
via domini paratur · tactum
est in precedentibus · nunc
consequenter · de ipsa aliquantulum tractare vide
amus · Ad veram itaque penitenciam duo
que amor dei et odium peccati facit in
omnia requiruntur · scilicet quod peccator · de peccatis
preteritis doleat · et numquam iterata vice
peccandi firmam voluntatem habeat.
Sine hiis duobus nulla vera non est · quia sine eis
nec deus peccata dimittit · nec sacerdos ab
solvere potest a peccatis. Unde beatus [illegible] · Vera
siquidem penitencia est · sine intermissione
temporis · de preteritis malis dolere · et
sic plangere commissa · ut non committat
plangenda. Irrisor enim est · et non vere
penitens · qui adhuc agit · quod peniteat.
Si ergo vis verus penitens esse · cessa a peccato
et amplius noli peccare · quoniam inanis
est penitencia · quam sequens coinquinat
culpa. Unde et Gregorius · Penitenciam quippe
agere est · et perpetrata mala plangere · et
plangenda non perpetrare · Nam qui sic alia
deplorat · ut tamen alia committat · adhuc

De penitencia facienda ca xxi

Anno dni xxix

Pars pa

Capitulum xx

penitenciam agere aut ignorat aut dissimulat
Unde et augustinus Inanis est penitencia
quam sequens culpa coinquinat. nichil prosunt
lamenta si replicantur peccata. nichil valet a
malis veniam poscere et mala denuo ite-
rare. Et iterum. Penitentes penitentes si tamen
estis penitentes et non irridentes mutate
vitam reconciliamini. Penitenciam agis et genua
figis et rides. subsannas pacienciam dei. Si
penitens es penitet te. si non penitet peni-
tens non es. Si ergo penites. cur facis quod
male fecisti. Si fecisse penitet noli facere.
Si adhuc facis. penitens non es. De quibus
autem penitencia sit agenda notat idem
augustinus dicens. Tres sunt actiones penite-
ncie. una est que novum hominem parturit
donec per baptismum salutare omnium preteritorum
fiat ablucio peccatorum. Omnis enim qui iam
sue voluntatis arbiter constitutus est cum acce-
dit ad sacramenta fidelium. nisi eum peniteat
vite veteris. novam inchoare non potest.
Ab hac penitencia cum baptizantur soli par-
vuli immunes sunt. nondum enim uti pos-
sunt libero arbitrio. quibus tamen ad con-
secracionem remissionemque originalis peccati prodest
eorum fides a quibus offeruntur. ut quas-
cumque maculas delictorum per alios ex
quibus nati sunt contraxerunt. aliorum eciam
interrogacione et responsione purgentur. Ceterum
tum hominum nullus transit ad Christum
ut incipiat esse quod non erat. nisi eum peni-
teat fuisse quod erat. Altera accio penite-
ncie est cuius actio per totam istam vitam per-
petua supplicacionis humilitate subeunda est
Primo quia nemo vitam eternam desiderat
nisi eum vite huius peniteat temporalis
Quis dubitet. in quacumque temporali feli-
citate versemur. penitere tamen nos debere
huius vite. ut ad illam incorrupcionem tota a-
viditate curramus. Cuius ergo festinat
atque exoptat ad patriam pervenire. nisi
quem peregrinacionis sue penitet. [illegible]

itaque sane mentis. non insipienter. Cum quis
per penitenciam sic se ipsum displiceat. Deinde
multa sunt peccata que quamvis singula
non letali vulnere ferire senciantur. tamen
simul omnia congregata quo plura sunt
necant nisi medicamento cotidiane penitencie
depellantur. Cuiusque itaque se diligenter attendit
satis intelligit cum quanto periculo pu-
niretur a domino. Tercia actio est penitencie
que pro illis peccatis subeunda est que legis
decalogus continet. In hac ergo peniten-
cia maiorem in se quisque severitatem debet
exercere. ut a se ipso iudicatus non iudi-
cetur a domino. Ascendat itaque homo ad-
versus se tribunal mentis sue. constituat
se ante faciem suam. Atque ita constituto
in corde iudicio assit accusatrix cogitacio.
testis consciencia. carnifex timor. Inde quidam
sanguis animi confitentis per lacrimas
profluat. Postremo ab ipsa mente talis
sentencia proferatur. ut se indignum
homo iudicet participacione corporis et
sanguinis domini. Ut qui separari a regno
celorum timet per ultimam sentenciam
summi iudicis per ecclesiasticam disciplinam
a sacramento celestis panis separetur. In-
ducat ergo sepius homo in se. voluntate
dum potest. et mores convertat in melio-
re. cum iam non potuerit. et preter volun-
tatem a domino iudicetur. Atque si iam de
sanitate desperans. audis peccati potestatem.
sicut scriptum est. peccator cum venerit in
profundum malorum. contempnet. noli con-
tempnere. noli desperare. clama de pro-
fundis etiam ad dominum. De tali profun-
do nimium clamaverit et graciarum
invenerit. facilius que vacuata magis
superbie quam humiliacio penitencie. Sed quod enim
feceris quod quis peccatum adhuc in hac
vita es. unde te dominus si sanare nollet
auferret. Cur ergo ignoras quia paciencia
dei ad penitenciam te adducat. hec Augustinus

¶ Ideo et augustinus dubitat de hiis qui penitent in extremis quia tales potius videntur penitere timore pene quam amore iusticie, ideo etc. penitentia videtur esse dubia. Vide infra textu etc.

Non solum ergo de magnis sed et de par
uis peccatis ut dictum est cottidiana penitentia
est agenda. et quamuis paruia ordeantur non
tamen propter hoc sunt negligenda. quia ut
ait Gregorius nullum peccatum adeo pa
uum quod non crescat neglectum. Et item
Peccatum quod penitencia non diluit mox suo
ponde mox ad aliud trahit. Unde dicit Ambrosius
Sed ista leuia que dicimus noli contempnere
si contempnis quando appendis expauesce
quando numeras leuia multa faciunt unum
grande. multe gutte implent flumen.
Multa grana faciunt massam. hec Augustinus
Non itaque leuia sunt contempnenda. nec
propter grauia est desperandum. quia ut ait
augustinus nullum peccatum criminale
est dum displicet. nullum veniale dum pla
cet. Agenda est autem penitencia sine dila
cione. et dum possumus ne subito preocu
pati queramus spacium penitencie et
inuenire non possimus. Unde augustinus
Remedia conuersionis ad deum nullis sunt
dilacionibus differenda. ne tempus cor
reccionis pereat tarditate. Qui enim pe
nitenti indulgenciam promisit. dissimulanti
diem crastinum non spopondit. Item
Si quis autem positus in ultima necessitate
egritudinis sue voluerit accipere penitenciam
et accipit. et mox reconciliatur. et hinc va
dit. fateor vobis. non illi negamus quod
petit. sed non presummimus quia hinc bene
exit. non presumo. non vos fallo. non pre
sumo. Fidelis bene uiuens securus hinc exit.
Baptizatus ad horam securus hinc exit.
Agens penitenciam ad ultimum. et recon
ciliatus. si securus hinc exit. ego non sum
securus. Unde securus sum securus sum
et do securitatem. Unde non sum securus
penitenciam dare possum. securitatem dare
non possum. Non dico dampnabitur. sed nec
dico liberabitur. Uis te de dubio liberare. uis
euadere quod incertum est. Age penitenciam
dum sanus es. Si agis enim veram penitenciam
dum sanus es. et inuenerit te nouissimus
dies curre ut reconcilieris. si sic agis
securus es. quia egisti penitenciam eo tempore
quo et peccare potuisti. Si autem tunc vis agere
ipsam penitenciam. quando iam peccare
non potes. peccata te dimiserunt non tu illa.
Que res sunt. Aut ignoscit tibi aut non ignoscit.
Quid horum tibi futurum sit. ego nescio
Ergo dimitte incertum et tene certum.
hec augustinus. Non ergo tardes vel dissimules
in sanitate penitenciam agere. et cito peccata
omnia deponere. quia ut ait augustinus
Stultum est in illo statu viuere. in quo quis
non audet mori. et audacior est qui cum uno
peccato mortali dormit quam qui cum septem
hostibus. Sepe quidem promittunt sibi
homines vitam longam ex eo quod sunt iuue
nes. vel bone complexionis. aut fortes.
nescientes quid superuenturum pariat dies
nec attendentes. quod raro quis moritur morte
naturali. sed frequenter ex accidentibus
puta febre apoplexie et huiusmodi. vel qui
morte improuisa et casuali. Expertum namque
longe vite spem multi deceperunt. et penite
ciam quam expectant non consequuntur.
Unde Crisostomus. Nichil tantum decipit homines
quam vana spes longioris vite. Et augustinus
Experti sumus multos exspirasse expectantes
reconciliari. Et posito quod homo certus esset
de vita longa. adhuc tamen penitencia non esset
usque ad senectutem. et senium prolonganda
quia tunc inualidi sunt homines ad labores
et uix in hiis etatibus mouentur. quis quasi apertas
que consueuit. euellat per penitenciam. In extremo
quippe vite sue potest homo penitere. quia
usque tunc potest peccare. et ergo usque tunc
potest de peccatis per diuinam misericordiam
consequi veniam. quia animo declinat humanam
maliciam. Sed talis penitencia tarda raro
est vera. et fructuosa. quia in ea non ha
betur distinctiua et sufficiens de peccato

¶ quod omnium peccatorum fiunt quae misse grauia est toto modo secundum Augustinum. Epistola etc.

¶ Agens penitenciam et reconciliatus cum sanus est et postea bene uiuens securus hinc exit. Agens penitenciam…

¶ Et tamen creditur quod quilibet in statu meliori moritur. Unde Hugo de sancto Victore. Sciendum quod nec iustus nec impius nec puer nec senex ante
soluuntur a corpore quam sint in illo puncto bonitatis uel malicie alicuius quod si semper uiueret numquam transiret. Hec Hugo. Expertum namque etc.

¶ Optimum ergo consilium summa prudencia et maxima prudencia in hoc consistit ut quis veram contricionem et puram ac integralem confessionem et satisfactionem
condignam hic faciat. et fortis se disponat cotidieque nouam cum a salute eterna retrahencia ac impediencia eiciat et sic uigilet omni tempore sic tenerat
ac si hodie uel cras uel ad longius in hac septimana discessurus sit de hoc mundo. In extremis tempore etc.

displicencia · contricio enim sufficiens requirit
quod peccatum dimittitur · sed vehemens passio et
dolor in parte sensitiva · qualem habent qui
illi in articulo mortis · impedit in penitente
usum racionis ne bene deliberet de peccatis
De penitencia ergo iniuncta aut voluntarie
assumpta gaude · et deo gracias age · Ista
ad eandem docet nos in sermone te expectare
Non sis ingratus · quia hodiernum diem ha
bes in quo corrigaris · Heri malus fuisti
hodie bonus esto · Considera quam multi
modo moriuntur · quibus si una hora ad
agendam penitenciam concederetur · Sicut tibi con
cessa est · quomodo per altaria · et quam festi
nanter curreret · et ibi flexis genibus vel
certe toto corpore in terram prostrato · tam diu
suspiraret · imploraret et oraret · donec ple
nissimam peccatorum suorum veniam · a deo con
sequi mereretur · Tu vero comedendo bibendo
iocando ridendo et ociose vivendo tempus
tibi perdis quod deus tibi indulsit ad vel
vendam graciam · ad promerendam gloriam
Cogita eciam quod tale ministerio curatur
sine spe venie et omne · Et amor dei teneris
et nullus non potest · saltem teneat et timeat
timor iudicii metus gehenne · laquei mortis
et omnia mala · Sed heu multi hodie absorti
sunt de per paciencia · parum hoc attendunt · et
tempus quo nichil est preciosius invalide
nisi expermittentes inspirabiliter amittunt
Unde Bernardus · hodie filii hominum ale cura
negligunt · carnis curam perficiunt in omni
desiderio · Non enim peccare metuunt sed punire
nec cultui cordis opera dant sed valitudini
corporis · immo eciam voluptati · De scola ypocr
et epicuri didicerunt hoc · Tempus hoc nichil
non corporibus est assignatum · dies salutis utique
non voluptatis · Et certe nichil preciosius tempore ·
sed heu nichil hodie vilius ~~reputatur~~ estimatur
Transeunt dies salutis · et nemo recogitat
nemo sibi non rediturum momenta perisse
causatur · hec Bernardus · Et revera nichil in
hac vita preciosius est tempore · quia in brevi
hora posset quis veniam et graciam · ac
gloriam obtinere · et plus quam totus mundus
valeat promereri · Attende eciam quod plus valet
hic in penitencia · diebus omnibus · quam in purga
torio annus · Unde in Ezechiele · diem pro anno
dedi tibi · Pena purgatorii · excedit omnem
penam temporalem vite huius · dicit enim Augustinus quod
ille ignis purgatorii durior est · quam quod quid in hoc se
culo penarum aut sentire aut videre · aut cogi
tare quis potest · Sunt autem tres partes penitencie
scilicet cordis contricio · oris confessio · et operis
satisfactio · Precepit enim scriptura · scindite
corda · non vestimenta · confitemini alterutrum
peccata · et facite dignos fructus penitencie · Ita
cum omne peccatum committitur ore vel opere · iustum
est ita curari per contrarium · ut peccator culpam
suam detestetur · verbo accuset et facto puniat
Ad iste tres partes penitencie possunt trinne dic
te · quibus ad terram promissionis itur · de qua
in exodo dicitur · Deus hebreorum vocavit nos
ut eamus viam trium dierum in solitudine
et sacrificemus domino deo nostro ne forte accidat
nobis pestis · id est culpa in presenti · ac gladius
id est pena in futuro · In hoc triduo quesivit virgo
maria filium suum · et invenit eum · Unde quod
felix triduo · sic et tu si quesieris invenies
ihesum id est salutem eternam · Hec est scala cum
tribus gradibus · quam vidit iacob erectam a terra
usque ad celum · et duo innixa scale · super ea
primum ut eum forte sustineat · secundum
ut ascendenti per eam manus si necesse fuit
porrigat · tercium ut ascendens cum laboravit
et fatigatus fuit · in ipsum respiciat · et totam suam
curam in eum iactat · Quod enim ita crudelis
est quod eum cadere permittat · Prima ergo pars
penitencie est cordis contricio · Est autem contricio dolor
voluntarie assumptus pro peccatis cum proposito
sui iterare · confitendi et satisfaciendi · quia nullus
vere contritus nisi habeat propositum huius
modi · In qua contricione homo sigillat omnia
peccata sua ante tribunal conscientie sue ad

Vita est enim homini tam brevis in qua nos spiritualia lucra facere
possimus · in qua non spiritualia lucra fieri ut
locus incopabilis · ubi eterna ex
cedencia coparare possimus · vide

Ideo magis est curandum de
vita bona quam de longa · Unde
Seneca · Est bene vivas refert
non quam diu · Vita vita moria
mur non tempore · Vide ibi etc.

dicat et ibi scripturam accusans in amaritudine
anime sue de singulis contristatur et postea
confiteatur. De singulis quippe peccatis mor-
talibus requiritur contritio singularis. diversorum
enim morborum diverse sunt medicine. sed con-
tritio est medicina singularis contra omne peccatum
mortale. ergo non sufficit una communis de omnibus
peccatis. Si vero queritur quam diu quis de pec-
catis dolere debeat. dicendum quod deus qui
absolvit hominem a vinculis peccati seu a
culpa et pena eterna. ligat eum vinculo
perpetue detestationis peccati. Unde utile est
quod sacerdos aliquam penitentiam quantumcumque
parvam perpetuam iniungat. ut homo per hoc
peccatorum suorum preteritorum aliquando in con-
tritionis spiritu rememoretur. Sed detesta-
tio peccati perpetua est duplex. Quedam in actu
ad quam homo non tenetur semper. si quis tamen
faceret perfectionis esset. sicut beatus petrus
legitur semper flevisse. et sanctus david dicebat
peccatum meum coram me semper. Alia est in habitu
ad quam homo semper tenetur etiam post perfectam peccati remissi-
onem. De hac forte dicit augustinus loquens
de penitentia. penitens omnes fructus penitentie sue
[illegible] habeat minime sufficiat semper doleat
et de dolore gaudeat. et non semper dolu-
isse se doleat. semper pro domino antequam pec-
cavit erubescat dolorem. cum vita finiat
Et iterum aut continui dolores cruciabunt
penitentem vitam meam. ac etiam cruciatus
vexabit puniendam animam meam. Hec
augustinus. Iste ergo dolor cessare non debet
in penitente. nec finiri in hac vita. sed sicut
homo in deum qui eternus est peccavit. ita in
eterno suo. sed quam diu vixerit dolere debet
Et multi gemunt pro peccatis. non quod pecca-
ta eis displiceant propter deum. sed propter pe-
nam. Non nullos etiam penitet peccasse
pro sola peccati turpitudine. fructuosa autem
contritio est. cum quis de peccato quo deum
offendit dolet. et unde turbatur et gemit
quia iniquitas amore iustitie sibi displicet

Sed de quolibet mortali tenetur homo specialiter conteri. si habet distinctam peccati memoriam. Sed secundum Crisostomum sicut in radiis solaribus videntur athomi minuti in aere qui neque extra radios solares apparent. ita in mente radio contritionis perspecti et illustrati apparent sui defectus minutissimi qui alias de fidis suis ac per hoc tenebrosis mentibus occultantur. Sed ut vos querit etc.

Et quantocius aliquis sic vere penitet. tan-
tocius deus peccatum dimittit. Est autem
deum peccatum dimittere. eternam penam
pro illo debitam per collationem gratie sive
relaxare. Sic quoque actualis peccati per
vivificationem mentis. eterna pena relaxa-
tur. relinquitur temporalis. nisi eius commuta-
tur ut quod illicita actione delectatione. sive etiam licita
voluptate commissum est. satisfactionis
digne amaritudine purgetur ab homine dum
licet. ne districtius a deo puniatur in futuro
qui nullum malum preterit impunitum
Est autem duplex penitentie gemitus. Unus
dum plangimus quia non egimus quod agere
debuimus. Secunda pars penitentie est oris
confessio. Est autem confessio per quam mor-
bus latens spe venie aperitur. Et est confessio
duplex. quedam mentalis que fit coram deo
et hec est de iure naturali. Institutum ante in-
carnationem christi. sufficiebat mentalis confessio
facta soli deo. quia deus non dum erat homo
Sed postquam deus homo factus est. requirit
ab homine quod confessio sibi tamquam homini
fiat. Et quia ipse in forma humana nobis-
cum ubique presens esse non potest. vicarios suos
constituit homines. quorum primus fuit petrus
et ceteri apostoli ac consequenter sacerdotes. quibus
ipse dixit. quecumque alligaveritis super terram etc.
Per hoc enim ministris sacerdotibus dedit
potestatem ligandi et solvendi. insinu-
avit confessionem eis tamquam iudicibus
debere fieri. Sic ergo christus instituit con-
fessionem tacite. sed apostoli promulgaverunt
eam expresse. Ideo etiam confessio facienda
est homini christi vicario. ut per hoc peccata
nostra celentur dyabolo. Unde augustinus
In omnibus scripturis divinis fratres
karissimi utiliter ac salubriter ammonemur ut
peccata nostra debeamus iugiter ac humili-
ter non solum deo. sed etiam sanctis hominibus
et deum timentibus confiteri. Non enim ideo
vult deus ut confiteamur peccata nostra

q ipe ea sare non possit. sed quia dyabolus
hoc considerat. vt inveniat qd nobis in
tribunal eterni iudicis obiciat. ideo vult
vt magis defendo q accusare peccata nra
velimus. Contrario deus noster. quia pius
et misericors e. vult vt ea confiteamur in
hoc seculo. vt pro illis non confundamur
in futuro. Sciens ergo dyabolus virtutem
pure confessionis. toto conatu impedire cona
tur hominem ne confiteatur. Et sicut sug
gessit prius. vt homo caderet. sic post casu
impedit. ne surgat. quia scit. nos non re
surge posse. sine confessione. hec augustinus
Quamvis igitur in contritione dimittatur pecca
tum confessio vocalis necessaria e. vel in
re quando habetur oportunitas. vel proposito
quando articulus necessitatis eam excludit et
non contemptus religionis. et ita necessitas co
fitendi. post contricionem. non est in tali ca
su propter necessitatem remedij. sed propter obliga
cionem precepti. Est autem confessio quem
cita instituta. vt qui in sua potestate positus
a deo discesserat sub alio positus. cum hu
militate et devocione rediret. Ideoque deus i
stituit sacerdotem suum vicarium. et qui medi
cum ad peccatorum vulnera detesterent. vt pecca
non ipse. sed ab alio maioris humilitatis et
satisfactionis medicinam susciperet. Sunt
enim sacramenta quasi quedam emplastra. In
situr vt ait augustinus. ponat se omnino pec
cans in potestate iudicis. in iudicio sacerdot
nichil sibi reservans. sed omnia paratus sit
facere eo iubente. pro recipienda vita aie
quencumque faceret pro curanda corporis morte
homines etiam ad peccandum efficiuntur
promciores. si turpitudines suas non estima
verint relevandas. Et quia initium operum
bonorum e confessio operum malorum. valde
est utile. confessionem frequentare. Fiet
enim prius cor contritum et humiliatum
confirmari in confessione et plerumque pecca
plo timore vel etiam consuetudine. sacerdoti

presentatus. per sacerdotale officium vere
compungitur. ac plenus caritate recedit.
Non nulli etiam. nec ex corde accedunt. sed
tamen formam penitencie quam suscipiunt
paulatim in eis humilitatem. cum cari
tate nutrit. Nec ob pudorem cesses et a
confessione. quia erubescencia et pudoris anx
ietas ac confitentis humilitas. maxima
pars e penitencie. Unde Ieronimus. Confessio pec
catorum e signum bone mentis. et testimonium
conscientie. deum timentis. perfectus enim tim
or solvit omnem pudorem. Illic autem turpitudo
confessionis aspicitur. vbi futuri iudicij pena
non creditur. Et quia ipsum erubescere pena e
gravis. ideo iubet nos deus noster confiteri
peccata. vt verecundiam paciamur pro pena. nam
et hoc ipsum pars divini iudicij e. Unde Vidi
licius. Venia dignus e. qui peccati excusacionem
non querit. Ubi enim e confessio. ibi est
remissio. quia proximum ad innocenciam
locum tenet verecunda confessio. Unde etiam
augustinus. Verecundia magna e pena
confiteri. qui erubescit pro xpo fit dignus misericordia
Et qui pluribus confitetur. quod in spe venie e
pudine criminis. tanto facilius consequitur
graciam remissionis. Et iterum Consule. cur
erubescis homini dicere. quod non erubuisti in
conspectu dei facere. Remove a te pudorem
curre ad sacerdotem. revela secreta. confitere
peccatum. alioquin nichil tibi proderit contricio
cordis. nisi sequatur oris confessio. si possis.
Et iterum. Confessio e salus animarum
dissipatrix viciorum. restauratrix virtutum. oppug
natrix demonum. Quid plura. Obstruit os
inferni portas aperit paradisi. Hec Augustinus.
Utile e etiam et valde salubre. confessionem
eorundem peccatorum. frequenter iterare. et plu
ribus confiteri. quia confessio iterata. licet
sit necessaria non ad salutem. tamen multum est
proficua. tum quia nescit homo an in p'
ma confessione sufficienter contritus fuerit
tum. quia maior humilitas et erubescencia

Unde i Gregorius ad commendacionem confessionis sic dicit. Quicumque volunt ... quibus iusto ... gentilecia invenit ... iusticie ... ego non ... ammiror confessiones humilima peccatorum ... sub ... ergo. Utile est etc.

meritum causat et acquirit · tum quia per
quamlibet confessionem tollitur virtute sa
cramenti aliquid de pena · et confertur aliqua gratia
Cum enim sacerdos virtute clavium aliquid
relaxat · de pena debita · posset ab tociens confi
teri · quod tandem nichil remaneret de pena
Et licet aliqui dicant · quod sola prima ~~ab~~
absolucio effectum habeat · vi clavium · alie
non autem · cum nichil inveniat absolvendum 27
Verumtamen operacionem aliorum non repu
tamus inconveniens · quod homo posset tociens
idem peccatum · corde contrito confiteri et
ab eo absolvi quod per hoc licet · totam penam
purgatorii · et talis moriens · statim evo
laret · cum virtute clavium · que semper ad
relaxat · et si talis absolucio non invenit
culpam · invenit reatum pene · et dato quod
nichil pene inveniat · tunc facit ad aug
mentum gracie · cum ex opere contricionis ·
nec tamen peccatum · tunc remaneret sine
pena · non enim modica pars pene est dolor
contricionis · et erubescencia · confitentis · que
in frequenti contricione sepius iteratur · Credo igitur
melius · quod frequenter confiteri · quousque
per centesimam vel millesimam confessionem
tota pena relaxetur · confitenti · Et nota
quod confessio generalis · que fit ante missam
in ecclesia purgat peccata venialia · et delet
peccata mortalia oblita · Valde autem cautus
debet esse confessor in tenendo secretum confessionis
ita ut nec revelet · etiam delicta confitentis
In casu vero quo confitens renunciat suo secreto
et dat confessori licenciam dicendi cui voluerit
vel loquendi de eo · non potest esse confessor
revelare dictum sibi in confessione · quia ipse
confitens non potest in precepto legis divine et
ecclesie · sub quo secretum confessionis cadit
dispensare · et ideo si confessor non habet pote
statem absolvendi · vel indiget consilio saniori
debet sibi iterum extra confessionem ob hanc
certam causam facere dici · et tunc potest
exprimere superiori · vel alteri consulenti ·

Sed nec in casu mortis silere immineret · nec sub
sigillo confessionis · potest vel debet quis · secre
tum confessionis aliis revelare · nec debet
ipsi confitenti · post confessionem improperare
nec etiam peccatum ad deridendum · vel
detrahendum · cautelose post confessionem
extorquere · Tercia pars penitencie est operis
satisfactio · Est autem satisfactio quod pro qua
litate culpe pena digna exsolvitur · hinc est
illud baptiste · facite dignos fructus peniten
cie · Unde Gregorius · Non solum fructus penitencie
sed dignos fructus penitencie · ammonet nobis esse
faciendos · neque enim par fructus esse boni
operis · et eius qui minus · et eius qui ~~minus~~
amplius deliquid · aut eius qui in nullis
et eius qui in quibusdam facinoribus cecidit
Per hoc ergo unusquisque consciencie sue inducitur ut
tanto maiora · querat bonorum operum
lucra · per penitenciam · quanto graviora
sibi intulit dampna per culpam · Et item
cogitandum · summopere est ut qui se illicita me
minit commisisse · a quibusdam etiam licitis
studeant abstinere · Quatinus per hoc con
ditori suo satisfaciat · ut qui commisit prohi
bita · sibimet abscidere debeat etiam concessa
Unde et Ber. · pro eo quod ab ipsis licitis ab
stinemus · ea nobis que prius commisimus
illicita condonantur · Patet ergo ex istis ·
quoniam ad penitenciam pertinet operari
contraria hiis que aliquis peccavit · Unde
Crisostomus Penitenciam vero dico non solum
ut a malis prioribus desinamus · verum
etiam ut bonorum operum fructibus
impleamur · Facite inquit fructus dignos
penitencie · Quo autem modo fructificare
poterimus · Si utique peccatis adversa facia
mus · Aliena rapuisti · incipe donare
iam propria · longo es tempore fornicatus · a
legitimo quoque tempore · suspende coniugio · ac
perpetuam continenciam sepius exerceas (?)
dierum castitate meditare · Iniuriam vel ope
opere aliquam vel sermone fecisti · refer

benedictionis ~~forma~~ verba conviciis et percucientes te nunc obsequiis amice et beneficiis placare concede. Nec enim vulnerato sufficit ad salutem tantummodo spicula de corpore evellere sed etiam remedia adhibere vulneribus. Deliciis autem et temulencia diffluebas, ieiuniis et aque potu vitiumque compescas ut famem superes inimicitiam. Audisti contumelias saulis alienum detorem. Femina iam omnino ne videas. Maiore tactus cautele post vulnera. Declina inquit a malo et fac bonum. Inquire pacem et persequere eam. Non tantum hanc dico pacem que cum hominibus verum etiam que cum deo est copulanda. Et bene ait persequere. Ea siquidem est undique et prorsus explosa ac terras relinquens in celum profecta. Sed tamen possumus eam rursus revocare si volumus, idest si iracundiam, superbiam atque iactanciam omniaque obiacentes impedimenta pacis modestia hanc vitam peragamus secure. Hec Crisostomus. Satisfactio autem debet fieri per opera penalia. Per satisfactionem enim oportet peccati vulnus sanari perfecte, sed peccatum immediate sit pene. Et ergo ad satisfaciendum sit notandum. Nam licet deo nichil possit subtrahi in peccatore peccando, quantum in eo est subtrahit quod est ad honorem dei. Et ideo cum satisfactio sit quedam recompensacio, oportet quod per eam sibi ipsi penitens aliquid subtrahat quod ad honorem dei cedat. Hoc autem non potest esse nisi sit opus bonum quantum ad dei honorem et penale opus quantum ad peccatorem penitentem cui est subtrahendum. Sic et deo satisfacit et etiam a viciis et futuris malis ~~quod aliquid nobis~~ in quantum penale est preservat. Satisfactio ergo debet esse talis per quam aliquid nobis ad honorem dei subtrahamus. Sed nos non habemus nisi tria bona, scilicet bona anime, bona corporis et bona fortune, scilicet bona exteriora. Ex bonis quidem fortune subtrahamus nobis aliquid per elemosinam, ex bonis corporis per ieiunium, ex bonis autem anime non oportet quod aliquid nobis subtrahamus quantum ad diminucionem bonorum anime, quia per ea efficimur deo accepti, sed per hoc quod submittimus ea et tam animam quam eius bona totaliter deo. Et hoc fit per oracionem. Est etiam omne opus satisfactorium videtur esse ordinatum contra radices peccatorum que sunt concupiscencia carnis, concupiscencia oculorum et superbia vite, quia contra concupiscenciam carnis ordinatur ieiunium, contra concupiscenciam oculorum elemosina, contra superbiam vite oracio. Agitur ut dictum est secundum exigenciam culpe faciendi sunt fructus penitencie, quod est contra illos quorum culpa est multa et penitencia modica. Unde dignos fructus penitencie ille facit qui secundum modum culpe facit equalitatem pene, ut qui plus peccavit plus peniteat et quot invenit in se oblectamenta in culpa tot de se faciat holocausta in penitencia, ut qui amisit deum in peccati delectacione querat eum in peccati abhominacione recogitando omnes annos suos in amaritudine anime sue. Et ideo quando condignam penitenciam sacerdos non iniungit vel si iniungit non tamen completur, non absolvitur penitens a pena condigna sed a tanta quanta hic facit, non autem a residua. Unde Bernardus: Noli tibi blandiaris si gravitati peccati levior pena vel a nesciente vel a dissimulante dictatur, cum in purgatoriis ignibus perficiendum sit quod hic omissum fuerit, quia dignos fructus penitencie querit altissimus. Hec Bernardus. Digne vero penitencie non tantum carnis maceracione vel temporis longitudine quantum cordis contricione compensatur, quia apud deum non tam valet mensura temporis quam doloris, nec tantum abstinencia ciborum quantum morti-

Considera et attende quantum perdidisti quando christi quod sit quod offendisti perdidisti amicitiam totius trinitatis angelorum apostolorum et omnium sanctorum decorem anime suffragia ecclesie. Incurristi laqueos fortissimos hostis crudelissimi. statum periculosum horribile perpetuum desertum gratie et mortem animae. Offendisti eum qui te creavit qui pro te mortem sustinuit multa beneficia contulit et eternam premia tibi repromittit. Si hec igitur cogitaveris utique dolores et gemitus flebis. Et quia in modo etc.

ficatas viciorum. Propter quod mensuram temporis in agenda penitencia canones in arbitrio sacerdotis intelligentis statuunt et penitencie tempora fide et conversacione penitencium abbreviandam et negligentia protelanda existimant. Tanta eciam contricio potest esse quod totaliter tollat reatum pene quia deus plus acceptat cordis affectum quam exteriorem actum. sed per actus exteriores absolvitur homo a pena et a culpa. ergo et similiter per cordis affectum que est contricio absolvitur ab eo. quia intencio contricionis potest attendi dupliciter. Uno modo ex parte caritatis que displicenciam causat. et ideo mediante caritate meretur non solum culpe amocionem sed eciam ab omni pena absolucionem. Alio modo ex parte doloris sensibilis quem voluntas in contricione excitat. et quia ille dolor est eciam illi penitenti quedam pena que tantum potest intendi quod sufficiat ad delecionem culpe et pene. Et sciendum secundum Ieronimum. quia sibi arrident sathanas per nimiam duriciam. ut peccatores pereant desperando quomodo in nimia remissione corrigendo. Unde Salomon. Ne declines ad dexteram neque ad sinistram. Ut autem ad agendam penitenciam condignam magis attendaris. Considera si unum peccatum Ade tam districte punitum est ut quinque milibus annis et amplius humana natura miseriam luerit et in augmentum miserie multis stuprgis et solaciis mechanicorum quibus nunc omnino careret. ac fere quatuor milibus annorum inferni tenebras sustineret. qualiter quinque transgressiones nostre tam multe tam magne cum supernus iudex cui redditurus sumus de singulis racionem et multitudinem numeret et magnitudinem ponderet et diuturnitatem mensuret et ideo multis lacrimis et oracionibus multisque ieiuniis est opus ut peccata nostra quibus mors eterna debetur satisfactione congrua deleamus.

Et si homo per se non possit satisfacere pro peccato potest tamen per adiutorium alterius. Eadem pena quam peccator debet sustinere excedit vires eius. ideo ordinavit deus ex magna misericordia ut cum eo et pro eo primum satisfaciat meritum passionis christi qui per sua passione non solum mundum redemit sed etiam suum meritum pro peccatoribus satisfacit. Secundo satisfaciat pro peccatore meritum totius ecclesie. dicit enim Augustinus quod elemosine et oraciones quas fiunt in tota ecclesia pervenit recognoscenti mente sua adiuvant. Tercio subvenit peccatori gracia satisfactionis. Ex hiis elicitur quod meritorum dominice passionis et totius ecclesie adiutoriis condigne operantur talentum ponderantis culpe. Et sic etc.

Et quia in modo agendi penitenciam varii penitentes decepti sunt. non omnis veram penitenciam agit. Nam sciendum Ambrosius et Augustinus. Facilius inveniuntur qui innocenciam servaverit quam qui veram penitenciam egerunt. Ut igitur penitenciam veram agas et perfectam remissionem graciam consequaris. cautela magna est adhibenda. ut scilicet circumcisus et purgatus per confessionem de peccato maneas secundum Iosue preceptum in eodem castrorum loco donec perfecte saneris. Quod fiet si pane doloris et penitencie cum silencio extra turbam mundanam subtrahendo te a ludis et spectaculis mundanis et aliorum consorciis et ab omni occasione peccandi. Circumcide itaque omnem causam et omnem occasionem et suspicionem peccati. ac personas et loca et consorcia eorum cum quibus conversabaris peccatis. Circumcide sensus tuos quibus transgressor fuisti. et intra cubiculum mentis tue et ostio clauso cordis omnes aditus peccatorum ora in abscondito patrem tuum qui in celis est. Sede enim et in uno loco manere penitencium est. non vagari non discurrere ad convivia ad spectacula et huiusmodi. maxime in principio quando agende dum recencia sunt vulnera circumcisionis tue. Unde Iosue non sinebat castra moveri antequam perfecte vulnera circumcisorum sanarentur. Maria sedit ad pedes domini lacrimis rigavit et capillis tersit quousque audivit dimissa sunt tibi peccata. Et ut minus tedeat te laboris penitencie recordare obsecro Iacobi minoris qui licet spiritum sanctum cum aliis pignus accepisset et sic confirmatus de eterna vita certus esset. nichilominus tamen in penitencia et vita dura usque in finem perseveravit. Ac verus eciam ipse carnalis desiderii supplantator fuit. Et adeo magnum meruit ut ab omnibus vocaretur iustus. sicut testatur Ieronimus et Egesippus. Vicarius apostolorum tam historicus tam mirabiliter

Et ideo pauci sunt qui igne purgatorii non indigeant. Unde Bonaventura. Iudicet et senciat aliquis ut voluit. ego credo adhuc nullum penitentem nondum qui non estimem igne et flammis purgatorii indigere. Nam certum scilicet cum sic actum credidi si usque ad diem iudicii istud me purgatorium conflatorium omnem scoriam purgando dubitet ut audeam iudicia purgatoris accedere. Hec Bonaventura. Ecce quod sperare potest multa miseria si ille vir tantum factor de se sic timuit et expavit. Ut igitur etc.

mitto filio alpheii dein cognominatus frater domini ut scilicet Paulus ipse est ut eam ceteri implicite dogmatibus non perfecit gemino adhuc intitur. Hic explicant vita sanctorum. Hic ut testatur

Fuit ut statim post

Anno dni xxix — Pars prima — Caplm xxi

fuit ut statim post passionem domini epa
tum ierosolimorum ordinantibus aplis prius
acciperet · qui etiam merito filius alphei ia
cobi e cognominatus · Unde quando iero
solimam paulus ingressus e · ut ait ce
teris aplis de dogmatum veritate conferret
contrarius ad hunc accessit · hic ut eplam
canonicam conscripsit · hic de utero matris
sanctus vocatus fuit · vinum et siceram
non bibit · carnem nullam comedit · nun
quam attonsus e · neque unctus e unguento ·
neque usus e balneo · die noctuque flexis ge
nibus orabat · intantum ut genua eius
obduruisse callo et camelorum duricia
traxisse dicunt · Tantaque autem in eo fuisse
carnis iniuriam et ipam dure corde tanti
intendere · quod et membra omnia mortifica
verit · ut adhuc viventis · omnia fere
membra morerent · atque assiduitate orationis
iugique ad pavimentum prostracione corpo
ris fronte quoque eius callo similiter ob
ductam et induratam · ut nichil fere a
cameli genibus discreparet · Reduc etiam
diligenter ad memoriam cilicium et lo
custam iohannis baptiste · labores pauli
vigilias Bartholomei · fletum et panes
cibarium ieronimi · tunicam et vepres be
nedicti · sudarium et lacrimas arsenij · mat
tulam eulalij · columpnam et vermes
symeonis · nuditatem et radices herbarum
peccatricis egipciace · david etiam regem
de solio descendisse · ac in cinere et cilicio
humiliter et abiectum in terra sedendo ·
penitenciam egisse · donec audivit a dno
per nathan prophetam · transtulit dominus
peccatum tuum a te · In professione humilia
cio demonstratur · In cinere vero considera
cio mortis · per quam tota humani generis
massa in pulverem est ~~redacta~~ redigenda
et in cilicio · quod de pilis contexitur · me
moria peccati aspere pungentis significatur
· Unde Greg · In cilicio quippe asperitas
et punctio peccatorum · In cinere autem pul
vis ostenditur mortuorum · et idcirco u
trumque hoc adhiberi ad penitenciam solet
ut in punctione cilicij cognoscamus · quod
per culpam fecimus · et in favilla cineris
perpendamus · quod per iudicium facti su
mus · hec Greg · Consolacionem ergo in hiis
habe et tempus in hiis exerce · quia cinis
et cilicium sunt arma penitencium · Parce
enim cibo et veste consistit labor penitencie
Circa primam vero hiis versibus poteris edoceri
Si tibi potus aqua cibus aridus aspera vestis
Dorso virga · brevis somnus · durumque cu
bile · flecte genu · tunde pectus · nuda ca
put orans · hereat os terre · mens celo · li
gua loquatur · Cor dictet · sit larga manus
ieiunia crebra · Mens humilis · simplex ocu
lus · caro munda · purum cor · Recta fides
firma spes duplex dilectio sic · Serviat assi
duis precibus · nisi has tamen ora · hec age
peccator quem vere penitet a te · Hic peccatorum
penas · peccatis exige dignas · Et ira te spe
tus addat iudicis ira · Gaudeant ergo a
gant penitentes et non deficiant · tempore
enim suo metent non deficientes · Nam qui
seminant in lacrimis in exultacione metent
Confortet cor eorum in penitencia · et con
soletur in eis sperantes cum martiribus
partem habere · quia secundum Crisostomum vivi
ventes in penitencia possunt martiribus compa
rari · Durior est enim longa fuga quam velox mors
Sed et ipse dominus · eos beatos pronunciat
eisque consolacionem promittit · cum dicat
Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur
Penitencium enim luctum · dns perpetui
gaudij consolacionis compensat · De prima
quoque laudibus sicut dicit cyprianus · O pe
nitencia quid de te novi referam · Omnia
ligata tu solvis · omnia clausa tu reseras
omnia adversa tu mitigas · omnia contrita
tu sanas · omnia confusa tu lucidas · omnia
desperata tu animas — Oratio

Audi et Bern qui dicit · Nam per totum de ipso nichil perdit qui et preteritum restituit per deitatem et presens tenet per bonum operatum et futurum per bonum propositum et firmitate · Hec Bern[illegible]